



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ

Talamellus, Thomas

Ticini Regii, 1618

Primi Tractatvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

PRIMI TRACTATVS
CAPVT PRIMVM

*In quo breuiter proponitur satis
curiosa questio.*



Multi solent diligenter quære-
re, ac subtiliter inuestigare, qua
de causa Deus optimus, maxi-
mus, cum sit omnipotens, sæ-
pè, ac sæpius permittat, mul-
ta in hoc sæculo accidere scan-
dala, atq; perniciosos sequi er-
rores, & non impediatur, eo magis: quia omnia diui-
no subsunt arbitrio imperatiuè, vel permissiuè, iux-
ta illud, dicite Deo: quam terribilia sunt opera tua
Domine? & infra eodem Psalmo Venite, & videte
opera Dei: terribilis in consilijs super filios homi-
num, & infra eodem Psal. qui dominatur in virtute
sua in æternum: oculi eius super gentes respiciunt
&c. quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & alti-
tudines montium ipse conspicit, Deus autem no-
ster, in cælo: omnia quæcunq; voluit, fecit, quia ego
cognoui quòd magnus est dominus, & Deus noster
præ omnibus Dijs: omnia quæcunq; voluit, fecit in
cælo, & in terra: in mare, & in omnibus abyssis. &
sanctus Leo, Deus omnipotens, & clemens, cuius
natura, bonitas, cuius voluntas potentia, & cuius

Ps. 62.

*Ps. 94.
Ps. 113.
Ps. 134.*

*D. Leo Pa-
pa ser. 2.
de Nat.
Domini.*

A opus

opus misericordia, &c. His multisq; alijs dictis sacrae scripturae stantibus, conueniens est finales assignare rationes diuinas: Quae notae erunt in sequentibus.

CAPVT SECVNDVM.

*Primi Tractatus in quo priores adducuntur
Responiones.*

I.

*Sup Luc.
cap. 21.*

DIuus primo loco Gregorius Papa, Verbo, cum audieritis praelia, & seditiones &c. Respondet

sic: ideò post bella, & seditiones non statim finis: quia multa mala debent praecurrere; vt valeant sine fine malum nunciare &c. Respondet etiam huic difficultati, siue praeposita quaestioni D. Hieronymus,

*2.
Super
Matth. 6.
18.*

Verbo, accesserunt &c. quis putas maior est in Regno Coelorum? &c. videns Iesus cogitationes eorum, & causas erroris, intelligens, vult desiderium gloriae humilitatis contentione sanare &c. Vnde non videtur potuisse sanare, nisi plagam iam factam, &c.

sequitur textus Euangelicus, si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te &c. necesse est quidem scandala venire &c. Vch autem illi &c. necesse est, vt fiat in mundo, vitio suo facit, vt per se fiat &c. dum ergo punitur scandalorum auctor, quis dubitat diuinam apparere iustitiam? haec D. idem Hieronymus. at

*D. Tb. 22.
q. 43. ar. 2
ad primu.*

pro maiori declaratione dictorum in hac secunda responsione, maximè consideranda est doctrina Diui Thomae dicentis, siue gloriantis, necesse est, vt veniant

niant scandala, non est intelligendum de necessitate absoluta: sed de necessitate conditionali, qua scilicet necessè est præscita, vel prænunciata à Deo, euenire, si tamen coniunctim accipiatur, vt i. lib. dictum est: vel necesse est euenire scandala necessitate finis: quia utilia sunt ad hoc, vt qui probati sunt, manifesti fiant: vel necesse est euenire scandala secundum conditionem hominum, qui sibi à peccatis non cauent, Sicut si aliquis medicus videns aliquos in debita dieta vtentes, dicat, necesse est tales infirmari: quod intelligendum est sub hac conditione, si dietam non mutet, & similiter necesse est euenire scandala, si homines conuersationem malam non mutant. Respondet D. Amb. vt refert Bartholomeus noster Vrbinas in milleloquio eiusdem S. Amb. verbo, malum: Ideo à Deo permissum est supple malum: vt possimus, super eminentiam boni scire. quomodo enim si non esset scientia boni, & mali, inter bonum, et malum discretionem aliquam, idest distinctionem discernemus? nam neque quod malum erat, malum iudicaremus esse, nisi esset scientia boni: scientia autem boni esse non posset, nisi esset mali: confirmatur per Philosophum oppositorum eadem est regula, et disciplina: bonum, et malum sunt opposita ergo etc.

triplex responsio D. Tho.

q. 23. ar. 6.

simile.

3.

D. Amb. lib. de Paradiso c. 2. Bart. Vrb. in milleloq. D. Amb.

Phil. i. priore c. 1.

CAPVT TERTIVM.

Primi Tractatus, in quo sequuntur alia Responsion's.

Diuus P. Augustinus vers. quousq; iustitia conuertatur in iudicium etc. sic dicit, Deus pri-

4. Psal. 93.

A 2 mo

Ps. 139.

mo patitur malos, et postea iudicat eosdem, modo iustitia sit, postea conuertitur in vitium, tam diu patitur homines malos, quamdiu vult Deus, quamdiu perferet illos Ecclesia Dei, vt erudiat per malitia ipsorum, et idem D.P. Augustinus vers. iuxta iter posuerunt scandalum mihi etc. nec volo dicas, etsi prohiberet illos Deus ponere mihi scandala etc. et non ibi ponerent; imo permisit Deus ponere etc. vt

Ps. 119.

tu non recedas a semitis eius etc. et idem D.P. Augustinus vers. sagittæ potētis cum carbonibus etc. carbones autem quando accenduntur, ante quam accēdarentur extincti erant, nam extincti carbones mortui dicuntur, ardentes verò viui appellantur: exempla ergo multorum iniquorum, qui conuersi sunt ad Dominum, carbones dicti sunt etc. et parum in-

Matt. 13

fra adducit illam parabolam Saluatoris, de frumentis, et zizanijs. Cum autem creuisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt, et zizania, idest mali, siuè prauis homines: qui non apparent, nisi bonis comparentur; hinc vers. contristatus sum in exerci-

Ps. 54.

tatione mea, idem D.P. Augustinus dicit. Ne putetis gratis, malos esse in hoc mūdo, et nihil boni de illis agere Deū. omnis autē malus: ideò viuit; vt corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur, idem similiter sentit, & docet B. Albertus noster Patauinus in vigilia Epiphanię. Bartolomæus noster Vrbinas in milleloquio S. P. Augustini, verbo, malus de mente eiusdem; quomodo in hoc præcepto exercebis. Diligite inimicos vestros &c. si nullum pateris ini-

B. Alb.
Patau. in
Vig. Epi-
ph. super
Matt. 6, 2.

micum

micum? vides ergo prodesse tibi aliquid; quod Deus parcat malis; profit tibi ad habendam misericordiam: quia, & tu fortè, si bonus es, ex malo factus es bonus &c. Et in Epistola ad Vincentium, non propter malos boni deserendi sunt: sed propter bonos mali tolerandi sunt: ostendit enim Deus potentiam suam, qua bene vitur, etiam malis, & sic optima habetur responsio; Præpositæ quæstioni, egregie satisfacit etiã B. Egidius noster Columna Romanus. Bona per se, & directè cadunt sub diuina prouidentia, & sollicitudine: mala autem quasi per accidès, & indirectè, in quantũ ex malis eliciuntur bona, vt ex malo culpæ elicitur punitio, & bonum iustitiæ, & hoc idem docet de mente D. P. Augustini in suo Enchiridion; vnde videtur posse acomodari de facili propositio illa, quam affert idem Egidius, cuius vsus bonus est, ipsum quoque bonum est, quam etiam sententiam admittit in prima responsione; quamobrem, & si mala quæcunq; ex sui natura semper sint mala: attamen quatenus cadunt sub diuina prouidètia ratione punitiõis, aliquo pacto videntur esse bona.

5.
Bart. vrb.
i milleloq.
S. P. Aug
Ps. 54.

6.
B. Egid
Ro. 2. sen.
d. 2 p. 1. q.
2. art. 3. in
corp. art.
1. sent. d.
1. art. 3. I.
argumen
to.



CS

CAPVT QVARTVM.

Primi Tractatus, in quo alie assignantur responsiones.

7.
Sim. de
Cassia li. 1.
cap. 25. de
Relig. 10.

Ioel. c. 2.

D. Pau.
Rom. c. 2.

B. Sim. li.
6. Matt. 13
de relig.
Chriſt.

BEatus Simon noster de Cassia, de Religio-
ne Christiana similiter huic quaestioni re-
spondet dicens. Nam si omnes peccantes
subita percussione puniret, supple Deus: impius
crederetur conditor omnium, ipsos ad poenitentiam
non expectans: sed quia benignus, & misericors est,
secundum Ioelē Prophetam, & prestabilis super
malitiam: non vult mortem peccatoris: sed vt con-
uertatur, & viuat, & secundum D. Apostolum ar-
guentem peccatores ad poenitentiam non reuera-
tentes; an diuitias bonitatis illius, & patientiae, &
longanimitatis contemnis? ignorans; quoniam be-
nignitas Dei ad poenitentiam te adducit? & idem B.
Simon exponens illam Saluatoris parabolam de fru-
mento, & zizanijs, finite vtraque crescere vsque ad
messem &c. dicit; diuina permissio respicit qua supra
posuimus: insuper, & quod ab eo impossibile fa-
ctum est, non omnes homines iudicari: vt si eua-
dant tempore perfunctoriae vite, non tamen finitam
esse, suffragium euasionis habebunt: omnes enim,
qui ad tempus effugiunt humanum iudicium, inclu-
dunt diuinum: supple iudicium. non enim Deus hic
omnia punit: non omnia iudicio reseruat extremo.
Dei misericordiam, & iustitiam semper apparere
necessario, factum est: vt hic misereatur; & tem-
poraliter

poraliter puniatur: alibi etiam possit misereri, & eterna damnare. B. Augustinus noster Anconitanus lib. suo de Potestate Ecclesiastica similem videtur docere responsionem, dicens, omnes creaturae rationales sunt oves Christi, iure creationis: & sufficienter iure redemptionis: quia ipse pro omnibus sufficienter passus est: sed pagani, & infideles, non sunt ex ovibus Christi, fidei adhesionem. Vnde dicit glos. super dictum verbum non estis ex ovibus meis, consequenter inducit eos: ut eius oves efficiantur. Secundum enim Augustinum, de nullo est diffidendum: quia, qui hodie sunt Iudaei, vel Pagani: cras poterunt esse Christiani, & sic omnes possunt esse Christi oves ex parte Ecclesiae; per eiusdem charitatem: quia pro omnibus orat: ut convertantur, & per eorum potestatem: quia omnibus datum est veille, & liberum arbitrium quo converti possunt, &c. Idem B. Aug. eodem lib. de mente S. P. August. lib. de vera Religione dicentis. Fides Catholica utitur Iudaeis ad comparationem pulchritudinis suae: quia ex hoc, quod Iudaei ritus suos observant, in quibus praefigurabatur veritas fidei, quam tenemus. Istud bonum provenit, quod testimonium fidei nostrae habemus ab hostibus, & quasi in figura nobis representatur, quod credimus; ut sint ipsi fallaces pro se, & veraces pro nobis, & contra se: unde quodammodo, quod de Iudaeis dicitur, de ceteris malis verificari poterit.

B. etiam Thomas noster de Villanova in quadam sua

8.
B. Aug.
Anch. lib.
de Pot. Ec
cl. qu. 23.
artic. 1. ad
secundum
gloss.

B. Aug. q.
Anconit.
24 art. 2.
incor. ar.
S. P. Aug.
li. de Ven.
Relig.

B. Thom.
Villanova
Psal. 33.

Psal. 93.

Psal. 89.

Psal. 65.

Simile

Proverbiū

Psal. 15.

sua Concione habita pro Sanctis Martiribus Cosma, & Damiano accipiens illud Ps. Multæ tribulationes iustorū, & de omnibus his liberabit eos Dñs vbi laudans, & extollens super omnia diuinam providentiam; quid enim est Deus? nisi vniuersalis optimus, & gubernator omnium? quomodo non erit gubernator eorum, quorum fuit opifex, & creator? aut quid in rebus potest legem, & iurisdictionem sui conditoris subterfugere? & ab eius dominio excipi; vnde Psal. contra docentes oppositum, dicit intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: qui plantavit aurem non audiet, aut qui fixit oculum non considerat? Idcirco parum infra eadem Concione per Ps lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, & annis, quibus vidimus mala, & Psal. transiuimus per ignem, & aquam & eduxisti nos in refrigerium: vnde nobiscum Deus agit, sicut qui præclarum conuiuium suis Parat amicis, detinens aliquantulum eosdem ante prandium, vt esuriant, & eis melius cibaria preciosa sapiant: Vulgo enim dicitur: quies, quæ laborem sequitur, gratior est; hoc enim malum habet boni, vt bonum iuxta ipsum positum magis illucescat, secundum etiam Philosophum. Parum infra idem dicit, tribulationes esse calcaria, quæ faciunt nos citius ad Deum currere: in Psal. multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea acceleraderunt, & è contrario prosperitates nos detinent, siue à cursu nostro ad Deum quodammodo impediunt.

CA-

CAPVT QVINTVM.

In quo sequuntur alia aliorum Responsiones.

Dominus Iacobus noster Valentinus adhuc similia docet, & adducit aliam responsionem. Psal. vers. Concaluit cor meum intra me &c. de mente S. P. Aug. Persecutiones, & flagella temporalia sunt bonis bona, & malis mala: nam vna, & eadem infirmitas, & aduersitas operatur diuersa in bonis, & malis: nam malus blasphematur contra Deum &c. iustus autem eundem laudat Deum, & patienter suffert, & sic persecutiones fuerunt bonae & utiles sanctis Patribus, & toti Populo Dei; non ergo sine causa mali viuunt in hoc seculo: similiter B. Thom. noster Argentinensis pro secunda ratione fundamentali de mente D. P. Aug. in suo Enchiridion; Malum bene ordinatum, & suo loco positum, commendat bona, vt magis placeant; Deus omnipotens non sineret aliquid mali esse in opere suo, nisi adeo esset omnipotens, & bonus; vt bonum beneficeret de malo, & per D. Boetium, modus Diuinus est, quod ad bonum dirigens, cuncta disponat, & sic concludit mala esse, siue cadere sub diuina prouidentia, & idem Thomas eodem primo sententiae docet, mala etiam culpae cooperari electis Dei in bonum: secundum quod dicit Glos. super illud verbum D. Apost. scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Idem pariter docet

10.
Iacob. de
Val. super
Psal. 130.
S. P. Aug.
1. de Ciuit.
cap. 8.

11.
B. Thom.
arg. 1. set.
d. 38. q. 1.
art. 4.
S. P. Aug.
Ench. 1.
cap. 7.

D. Boet. li.
4. de conso-
latione.
1. sent. d. 1.
q. 4. art. 4.

Glos. sup
Apost. ad
Rom. c. 8.

B

B. Egi-

B. Egid.
Ro. 1. sct.
d. 1. ar. 6.
ad 2. questi
onem et 3. ar.

B. Egidius Rom. noster utimur malis pena, ea patienter tolerando, & malis culpa utimur detestando, & eadem reprobando.

Paul.
Ven. c. 19.
concl. 4.
qu. ult. in
corpore
Philosoph
5. Eth.

Paulus noster Venetus lib. de compositione mundi dicit, & docet, nihil esse in hoc mundo sine suo opposito. Qua de re si mali, & mala dantur in rerum natura, dantur: quia sunt opposita bonis: idcirco idem Paulus lib. 2. de Generatione, docet de mente Philosophi quod iustitia bonos premiat, malosque punit. Vnde multoties non premiatur, neque punitur in hac vita: quia fortis moritur exercendo virtutis actum: ut videmus communiter, quod sceleres, & iniquè prosperitatibus mundi huius latissimè gaudent: bonique, & perfecti, tribulationibus, angustijs, ac persecutionibus durissime comprimuntur. quamobrem idem 3. lib. de Anima exponens illud Philosophi bonum, aut est bonum reale, aut apprens, dicit omne bonum esse faciendum, nullumque malum esse operandum; forsitan intelligens de malo culpa, quæ si datur aliquando, eadem uti debemus modo prædicto.



CAPVT SEXTVM.

In quo assignantur responsiones secundum sacros
Canones legesque Imperialis.



atisfaciunt etiam sacri Canones præposi-
tæ quæstioni secunda parte libri decreto-
rum, aduersitas quæ bonis votis obijci-
tur, probatio virtutis est, non iudicium
reprobationis; ferrum quippe mentis nostræ ad acu-
men nõ potest peruenire veritatis, nisi hoc alterius
lima prauitatis erasserit. Item nõnullos toleramus,
quos corrigere, vel punire non possumus. neq; enim
propter paleam relinquimus Domini aram. neque
propter malos pisces Domini retia rumpimus, neq;
propter Hedos in fine segregandos Domini gregẽ
deferimus; neq; propter vasa facta in contumeliam
migramus de Domini domo. item eadẽ parte, ideo
diuina prouidentia multos diuersi erroris hereticos
esse permittit: vt cum interrogant nos, ea quæ ne-
scimus, sic discutiamus pigritiam, & diuinas scri-
pturas capiamus. Propterea ait Apostolus; vt pro-
bati manifesti fiant Ad eandẽ quæstionem respon-
deri etiam potest secundum D. D. Iuriscultos
nam in sui principio à Deo gubernatur imperium,
& per eum refrenata sunt bella, pax decorata, & sta-
tus Reipublice sustentatur &c at quia cuncta crea-
ta sunt variabilia, & mutabilia, secundum B. Ægi-
dium Romanum fundamentaliter de mente D. Da-

13.
canon. 2. p.
lib. decr. c.
sugest. 7.
q. 1.

simile.

cap. Qui-
cunq; 23.
quest. 7.
simile.

cap. 24. de
prouidentia
q. 3. Quare
diuina et c.

pri. cor. c.
11.

14
l. 1 c de ve-
teri iure e-
nucl.

B. Egi. Ro.
 1. sen. dist.
 8. art. 111.
 D. P. Aug.
 de trin. c. 1
 D. Tho. p.
 p. 9. 23. ar.
 3. ad 1.
 L. eius ar-
 tif. C. de om-
 per. ib.

1. scimus
 ff. de penis

B. Aegid.
 Rom. 1. sc.
 d. 8. a. 4 ad
 2.

Io. met.
 Egid. 1. sc.
 d. 1. a. vlt.
 in corp.

masceni, quod à versione incipit, versioni oportet esse subiectū, & de mēte D. P. Aug. solus Deus propriè est immutabilis, & immortalis, hinc etiam D. Th. Culpa prouenit ex libero arbitrio eius, qui reprobatur, & à gratia deseritur &c. & sic Deus totius imperij rector, videtur eadem mutabilia sinere, seu permittere proprio vti cursu. Vnde accidens sequitur naturam sui subiecti regulariter, & sic culparū, ac malorum omnium in hoc vniuerso euenire videntur sequendo naturam suorum subiectorum. Adeò, quod ad permissionem dictorum, sequitur eorundē refrenatio, quoad pœnas temporales, vel æternas. hinc pœna est mensura delicti. frustra enim esset pœnarum mensura, nisi esset culparum mensurabile; qua propter B. Egidius noster Rom. accidentia mensurantur accidente: si quæramus accidentium mensuram, vt accidentia: colores namq; colore mensurantur: si verò accidentia mensurantur, vt entia, mensura eorum est substantia, inter mensuram, & mensuratum, datur quædam proportionis relatio. Idcirco ad rem idem B. Aegidius Rom. docens qualiter Deus vtatur suis creaturis, dicit de mente Magistri senten. eadem distin. ista est differentia inter vsum viatorum, & vsum diuinum. ille enim vtitur nobis: nostri miserendo, vt nobis suam bonitatem tribuat in fruitione: nos verò invicem nostri vtimur, & miseremur, vt illo fruamur, & ideò viatores vtuntur rebus propter utilitatem propriam, & diuinam bonitatem consequendam.

Deus

Deus autem modo contrario utitur nobis, propter bonitatem propriam, & utilitatem nostram, utendo nobis Deus propter bonitatem suam: triplex utilitas, seu bonitas nobis à Deo confertur. Primò quantum ad bona naturæ, & idè dicit: quia ipse bonus est: sumus. Secundò, quoad opera misericordiæ: idè dicit, nostri miseretur, ut se perfruamur. Tertio, quoad opera iustitiæ: quia iustus est: non impune mali sumus, & in quantum impune, mali sumus: per pœnam retrahimur, & bonitatem vitæ consequimur. Ad rem etiam uenit id quod docet D. P. Aug. in suo Enchiridion: Deus melius iudicauit de malis benefacere, quam nulla mala esse permittere; Vnde idem S. P. Aug. Psal. uers. Dulcis, & rectus Dominus propter hoc legem dabit delinquentibus in uia; dulcis est Dominus, quandoquidem, & peccantes, & impios; ita misertus est: ut omnia priora donaret; sed etiam rectus est Dominus, qui post misericordiam uocationis, et ueniæ, quæ habet gratiam sine meritis, digna ultimo iudicio merita requiret. Propter hoc legem statuit delinquentibus in uia: quia misericordiam prærogauit; ut perduceret in uia.

triplex bonitas

D. P. Aug. in Ench. c. 25. 26. & 27. Ps. 24.

Tandem bonum duximus iam dictam difficultatem, siue quæstionem terminandam esse secundum doctrinam eiusdem B. P. Aug. dicentis, qui ergo in Ecclesia Dei morbidum aliquid, prauumq; sapiunt: si correpti, ut bonum rectumq; sapiant, contumaciter resistunt, suaque pestifera, et mortifera dogmata

D. P. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 51.

dogmata emendare nolunt: sed defensare resistunt: Hæretici fiunt, et foras exeuntes habentur in exercitiis inimicis: etiam si quippiam veris illis catholicis membris Christi malo suo profunt. Dum enim Deus vitur, & malis bene, & diligentibus eum, omnia cooperantur in bonum. Inimici omnes Ecclesiæ quolibet errore cæcentur, vel malitia depraventur &c. (modo sequitur ad quæstionem propria responsio) si accipiunt potestatem corporaliter affliggendi: exercent eius supple Ecclesiæ, patientiam: si tantummodo male sentiendo aduersantur; exercent eius sapientiam: vt autem etiam inimici diligantur; exercent eius beneuolentiam, aut etiam beneficentiam etc. quam certè beneuolentiam, & beneficentiam omni, quo possunt studio, ac sedulitate nituntur Hæretici, & Scismatici de medio tollere; vt optime docet idem D. P. Aug. clarè dicens. nam multi Hæretici nomine christiano animas decipientes; at vbi sana fides non est, non potest esse iustitia. Iustus enim ex fide viuit, neque Scismatici aliquid de ista mercede sibi promittunt; vbi enim charitas non est; non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur, secundum D. Apost. quam si haberent non dilaniarent Corpus Christi, quod est Ecclesia &c. quæ quidem semper iuste odio habuit Ecclesiam malignantium, iuxta illud, odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo: sed perpetuo veritatem dilexit ardentè, tamquam verum fundamentum. Omnia mandata tua veritas;

Egregiare
sponsio.

D. P. Aug.
super Mat
th. cap. 5.

D. Apost.
Psal. 25.

Psal. 25.

Psal. 118.

Veritas; & initiū verborum tuorum veritas; pro qua certandum est vsque ad mortem; sicut apertè docet idem D.P. Aug. eodem Psal. & ver. de hac autem veritate semper tuenda plenius dicitur in sequenti Capite.

CAPVT SEPTIMVM.

De Veritate tuenda.



Gendum est de veritate tamquam de Dei maxime a mica iuxta illud. Ecce enim veritatem dilexisti, & hoc non sine maxima ratione dicente eodem D.P. Aug. Quid enim gloriosius fratres quam vinci, & subijci à veritate? superetq; veritates volètem. nam & inuitum superabit: eo magis quia vt dicit idem D.P. Aug. sola veritas beatos facit; ex qua vera sunt omnia, quam veritatem ignorant Hæretici; vt etià clarè habet idem D.P. Aug. ver. vt Destruas inimicum, & vltorem &c. & panis veritatis eisdem Hæreticis amarus est, dicit idem ver. Gustate, &c. idemq; veritatis panis aduersantium dentibus laceratur, tradit idem D.P. Aug. uers. dentes eorum contriuiti: Contritio, & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum, & Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum &c. pro pēna aduersantium

Psal. 50.

D.P. Aug.
sup. Ps. 57.

Psal. 10.

D.P. Aug.
sup. Ps. 8.Psal. 5.
D.P. Aug.
Super Ps. 3.Psal. 13.
Psal. 123.
idē s. Aug.
de ser. dñi i
mōtel. 2. ve
rita. opugh.
dñr canes,
& sues, &c.

D. Apost.
ad Gal. c. 5

sanctium dicit D. Apost. si mordetis inuicem, uidete ne consumemini ab inuicem, & pro dentibus peccatorum, accipi possunt Principes peccatorum siue impiorum, quorum auctoritate quisque de societate rectè uiuentium præciditur, & quasi incorporatur malè uiuentibus, his dentibus contrarijs, sunt dentes Ecclesiæ, cuius auctoritate ab errore gentilium, uanorumq; dogmatum præcidentur credentes, & in eam, quæ Christi corpus est transferuntur: de his dentibus dictum est Petro, ut manducaret alia, idest de gentibus, &c. & dentes tui sunt greges tonforum. Ecclesia igitur catholica amans sequensq; eandem sanctam ueritatem Deo charissimam, sequitur etiam obseruando diuinam legem, de qua dicit D. P. Aug. tribulationes maximè non oriuntur aduersus Ecclesiam; nisi ab eis, qui malè utuntur lege: idcirco non ab re Dominus Hieronimus Scripandus noster super Epist. ad Gal. ualde commendat leges Pontificias diuinæ legi adherentes, quibus abutuntur aduersarij, & inimici eiusdem catholice Ecclesiæ: ad omnia tamè melius capienda, subscinenda, & declaranda uidisse oporteret hos sequentes doctores Augustinianos, quos nominat, & maximè extollit. Dominus Angelus noster à Camerino in sua Cronhistoria cap. de scriptoribus ordinis nostri Augustiniani: ubi primo ponit Dominum Iacobum Viterbiensem Augustinianum Archiepiscopum Neapolitanum, qui ad Clemetem V. Pont. max. duos scripsit libros de Regimine Christiana.

Can. c. 4.

D. P. Aug.
sup Ps. 59

Hier. Sa-
rip. super
Ep. ad Gal.
quæst. 66.

D. Ang. d
Cam.

Iacob. V. it.

nita.

nitatis. Secundo B. Egidium Columnam Rom. Card. S. R. E. atque Archiep. Biturcensem, qui duos libros de Ecclesiastica potestate confecit. Tertio Dominum Alexandrum à S. Elpidio Piceno Archiep. Rauenatem, qui iubente Ioanne 22. Pont. Max. similiter duos edidit libros, primum de Ecclesiastica vnitare, alterum verò de Iurisdictione Imperij, & de Auctoritate Summi Põrificis. Quarto Dominum Guilelmum Cremonensem Episcopum Nouarensem, qui iubente eodem Ioanne 22. Pont. Max. librum de Apostolica auctoritate elaborauit. Quinto Dominum Bartholomeum Archiepiscopum Vrbinensem, qui similiter de Romani Pontificis Christi Vicarij auctoritate satis egregiè scripsit. Sextum Dominum Augustinum Romanum Episcopum Nazarenum, qui de Potestate Papæ libro suo doctissimè tractauit. Septimo Dominum Guilelmum Beulicon Episcopum Fesulanum, qui circa eandem materiam maximè laborauit. Octauo Dominum Paulum Zabarellum cognomento bonum, Archiep. Parisiensem, qui ad Clementem septimum Pont. Max. scripsit de Reformatione Ecclesiæ. Nono Reuerend. admodum P. Magistrum Corradum doctissimum tregarium, qui centum paradoxæ, de Ecclesiastica, & conciliorum auctoritate satis egregiè composuit. Decimo Admodum Reu. Patrem Magistrum Peregrinum Nasellum Patavinum, qui egregiè de huiusmodi materia tractauit. Vndecimo Reu. Admodum P. Magistrum Ono-

B. Egid.
Rom.

Alex. à S.
Elpidio.

Guil.
Cremonensem.

Barth. Vr
bin.

Ang. Rom.
Guil. Bel.
Paul. Zab.

Corrad.

Peregrin
us nasel.
Hon. Pag.

C phri-

Greg. Ariminense

phrium Paninum Veronensem, qui de Primatu Petri, & dignitatem Sedis Apostolicæ satis luculenter scripsit. Duodecimo Reuerendissimum Gregoriū Ariminensem olim Augustinianum Generalem, qui similiter (vt aiunt) subtiliter scripsit de Ecclesiastica iurisdictione, Ioseph Veronensis in sua Chronica. c. descriptoribus, qui scripserunt de Ecclesiastica Potestate in defensionem Autoritatis, & iurisdictionis Romani Pontificis, & hæc satiquantum ad Primum tractatum præsentis opuscoli, & vltimi Capitis &c.

Eosdem sacros Doctores refert, ac nominat, circa eandem materiam Ioseph noster Pamphilus Veronensis in sua Chronica Fratrum Eremitarum D. P. Augustini circa finem eiusdem libri.

Finis primi Tractatus.



SE-